



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Ioannis Cochläei De Actis Et Scriptis Martini Lvtheri Saxonis

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1565

Pro Evangelistarvm Ac Sectarvm Nostri Temporis, maximè Luterismi peste
publica reprimenda, admonitio, siue Antidotus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29789

N. IMP.
Maij, An-
o Vicefi-
omani se
to.
R.
s Co-
ro-
Altitu-
in comodi
e generalis
mens, opte
culdit anno
ota saane
XVIII.
io sane in-
isique ac
gnator &
fatigant:
aidore: vi-
plerique
III per-
exhibuit,
ipis eius
st recita-
sunt. Ex
horu eius
atitate

PRO
EVANGELI-
STARVM AC SECTA-
RVM NOSTRI TEMPORIS,
maximè Luterismi peste publica
reprimenda, admonitio, siue Anti-
dotus.

Bonifacio Britanno, Germano, authore.



PARISIIS,

Apud Nicolaum Chesneau, via Iacobæa, sub
scuto Frobeniano, & Quercu viridi.

1565.

Cum priuilegio Regis.

CHRISTIANISSIMO LECTORI
SALVTEM IN CHRISTO.

Cum viderem insaniam ruituri schismatis, sedu-
ctissima multitudinis accessum, sine scientia &
conscientia, indies efferuescere magis atque magis, ef-
fundi has monitiones in amaritudine anima mea, ve-
hementer exoptans, ut qua liberè verèque proloquer,
serio, & si serò: tecum Germania perpenderes. Nihil hic
loci priuata vlli inimicitia (testis est Christus œcume-
nicus futurus iudex) sed quæcunque dicuntur aduersus
publicam orbis pestem, necessario dicuntur. Homini-
bus quibusuis amicus, rem tam Ecclesia, quam Imperio
Rom. exitiosam odi. Patria quæso considera, hucque redi,
unde cecidisti. Furor pœnitendus est, mihi crede, quo
corripieris non timor Dei. Vale.

ANTIDOTVS
CONTRA LVTE-
RISMVM.

MAGNI CLAMORES
vbique tolluntur, Germaniã
nunc primùm Christianam
fieri cœpisse, hactenus fuisse
sine fide, sinẽque Christo,
vesanam autẽ deorum cul-
tricẽ. Tale volunt neochri-
sti isti persuasissimum esse Ro. Cæsari, Regibus,
Episcopis, & toti humano generi. Postulant, so-
lis sibi credi, solõsque se pro iis recipi debere,
qui primi plantent Euangelium, non tantùm in
Germania.

Verum illi doceant prius, an voluntas Dei.
Opt. Max. sit, vni & tali monacho (nã de Tragœ-
diã totius authore loquar) in nouissimis hisce
sæculis plus dare fidei, quã vniuersis Episcopis,
Presbyteris, Diaconis, Anachoretis primorum
Ecclesiã sæculorũ. Atque hunc scriptorem vnũ
ex æquo cunctis præferri oportere, ad quem vi-
delicet vniuersi collati, volitantes nubeculę sint.

Eadem opera demonstrent, an ex mandato
nostri saluatoris Christi, vniuersã Christianã
Monarchiã nationes, vni religiosulo nullis non
affectibus obnoxio, per omnia suffragari ob-

A ij

1
*Aphorif-
mus primus.*

2
*Audax
neochristorũ
temeritas in
deum & san-
ctos blasphe-
mia & iniu-
ria.*

3
*Lutherum
apostatam
inselligit.*

4
*Saluator dẽ
citur qui a
vitiis, morte
& peccata
eripit.*

Servator, qui cōseruat viros apostolicos & ecclesiam audientiam, nō apostatā Lutherum nec semen eius vipercum. stringantur, explosis Apostolis, exhibitis Apostolicis, irrifis Martyribus, vituperatis Omologentis ac Archimandritis, damnato totius Christianismi maximo consensu, reprobatis antiquissimis decretis, reiectis obseruationibus Ecclesiasticis, calcatis Ecclesiæ Bibliothecis, ruptis concordia vinculis, breuiter repudiata matre, quæ vos ante exortum Monachomoscōn, in Christo Iesu regenuit.

4 *Spiritus sanctus non reuelauit Luthero sua secreta.* Præterea an verisimile sit, nō enim dicam credibile, Spiritum sanctum, vni talique monacho reuelasse ea in scripturis sanctis, quæ celarit vniuersos Ecclesiæ Catholicæ columnas, viros incomparabiles, tam in Oriente quàm Occidente, idque sexquimille annis.

Quæcunque audiuit à patre nota fecit amicis suis.
Ioan. 15. Postremò proferatur vaticinium ex sacraliteris, Deum cœli & terræ vsque adeo derelicturum non quosdam, sed omnes credentes populos in Europa, vt pernegata fide Christiana, & deserto deo suo, toti reddantur infideles, ac diis alienis seruiant, adeoque turpiter Idolomanitæ fiant, deteriores Paganis.

5 *Non reperitur in scripturis deum suos dereliquisse.* Et quod idem vaticinium præ se ferat, omnes credentes Ecclesiæ catholicæ populos, in manifestissima Idololatria atque tenebris ægyptiis, per tot sæcula irremissibiliter captos ac occæcatos fore, donec missus à Deo monachus Aquilonaris liberaret, iam nō Ecclesiam, sed Synagogam Satanæ, Iouisque Panegyrim, in Ecclesiam Christi verteret.

7 Ostendatur item, an vllis mundi sæculis com-

pertum fuerit, vt fraterculum semet confidentissimè contraponentem toti Hierarchiæ Ecclesiasticæ, totus orbis audierit & sequutus fuerit, contemptis ac abiectis, non solum omnium ab initio Theologorum scriptis, verumetiam Synodis vniuersalibus omnium pontificum.

Et iis ne fuerit vnquam auditus ab omnibus, ac pro Apostolo vnanimè acceptus, qui neminem omnium audire sustinuit, quive pro Antichristis condemnare, & in ima tartara precipitare non dubitauit, quotquot à Scitis suis non sine iudicio dissentiunt.

Qui vnus Magister esse ambit, & is consummatissimus, qui sensa sua in scripturas arcanas intorsit, qui prioribus Ecclesiæ proceribus cognitissima dogmata promulgauit, qui infames aliquot retro temeratorum opiniones in lucem reuocauit, qui Biblium sacrosanctum interpretatione adultera vitiauit, quòd catholici doctrinæ vehementer restitit, eamque voluit antiquatam, qui præ se flocci-fecit omnes tam veteres quàm recetiores Ecclesiastas, qui semetipsum propriis continuè laudibus ebuccinat, qui dogmata sua Euangelij titulo impudenter veditat, hæcque ab aliis iudicari nolit, ipsos etiam Angelicos spiritus cognitores arcens, vt qui solus scilicet inter tot Ecclesiasticorum scriptorum sapiat, & primus post Apostolos toti orbi prædicarit hæcenus ignoratum Euangelium. Dic quæso num tale aliquid ab vllò vnquam viro christiano compereris factitarum?

Lutherus toti ecclesiasticæ hierarchiæ aduersarius synodos pontificum cõcepit, & sacros doctores.

8

Lutherus nõ recipiendus quæ ecclesiam non audivit.

Matth. 18.

Gala. 1.

9

Lutherus sacra biblia vitiauit.

Contra D. apostolus Paulus cum Petro, Ioãne & Iacobo contulit.

Gala. 2.

10 Interrogare pergam, num æquum sit, vni
Non Lute- Cucullato aduersus vniuersitatem Christiani-
ro apostata, mi adhæreatur? An potius æquum, vt in vniuer-
sed vniuerse sitate christianismi stetur aduersus Cucullatum
ecclesie ad- vnum?
herendum.

11 Imò num vel leuiter quis suadere debeat tot
Errat apo- christianorum populis, vnum videlicet Apo-
stata Lute- statam non errare, contra verò, errare christianū
rus, non es- orbem? Ac vnum istum hominē talem, irrefra-
clesia. gabiliter recta ire via, Mystico interim Christi
 corpore appropinquante ad portas inferorum?

12 Atque num sapientis sit, à toto ad partem, à
Qui ecclesiā matre, ad scortum, à Pastore ad lupum, ab Oulli
matrem non ad speluncam, à firma Domo, ad stipulaceam
audit, deum casam, à tuta nauī Petri ad arundineam nauicu-
patrem con- lam Ærij, Iouiniani, Vigilantij, Valdonis, Vicle-
temit. uī desciscere? Atque hīc nos non ratione huma-
Nauis apo- na nitimur, sed rem omnem ad exactum animi
stata Lute- ri arūdicea. iudicium reuocamus.

13 Prōbent num honestū sit, & quod graues de-
 ceat viros, nimirū maiorū deserere vestigia, atq;
 sectas perditionis prudenter declinare. Nisi ve-
 rō peræquum sit, auitam Religionē conspuere.
 Et egregiè pium, progenitores nostros Christi-
 fideles, infideles iudicare, ac execrari: Parentes
Docet ethni deniq; nostros (à quibus Christo primū oblati
eorum exem fuimus) vt quicū Ethnicis atque Iudæis partem
pio Christia in inferis habeant, damnatos existimare. Illò ne
nos sequen- dam esse reli- progressā est impietas nostra, vt parētes, fratres
gionem ma- & propinquos nostros, non vereamur defraudar-
sorum. re fide christiana, audito Euangelio, Sacramētis
Deut. 32.

acceptis? Num erimus tā impij, vt impietati tanta assentiamur? Contrā verò tales esse declarabimus nos, ne vlllo tempore auitam religionem prodere voluisse videamur. Ethnicus homo apud M. Ciceronem de natura deorum suorum disputans, audet dicere, se ex ea opinione, quā à maioribus acceperat de religione, nullius vnquā oratione aut docti aut indocti moueri, seq; T. C. C. runcanum, P. Scipionē, P. Sceuolā Pōtiffes maximos sequi, non Zenonem aut Cleantem, aut Chrysippum. Atque hoc quidem ille, Quo magis nos qui Christum Iesum deum confitemur, Christianam religionem tuebimur, atque ab illa nos distrahi non patiemur, non Arium, Luterum, Zuinglium, Felem, Sed Sixtum, Cornelium, Cyprianum, Athanasium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium, Bernardum, sequentes de hoc infrā. Hæc illi suauissimè subsannantes, statim clamabunt, Scripturæ veritate satisfidij sibi esse contra hæc rationes, quasi verò scripturæ veritas hæresim aduersus Ecclesiā munit. Dicemus ea de re quoq; inferius, vbi apparebit appellationem ad scripturæ fidem istis nihil profuturam.

Reddatur vocationis ac missionis eius hominis, qui venit Ecclesiam Catholicam oppugnaturus, & pro libitu suo docturus, quæ nolit abrogaturus, quæ volet subrogaturus sua quadam auctoritate, & miserè turbaturus omnia, odij in clerū concepti dictamine. Nam ex odio illum hanc telam orsum fuisse, plerique norant. Quo magis

A iij

*Interroga
patrem, &
annunciabis
tibi: maiores
tuos, & di-
cent tibi.*

Ecce.

*Recabit
potius mor-
tem oppete-
re delegerunt,
quā statuta
patris in-
fringere.*

Hier.

*Luterus ec-
clesiam oppu-
gnaturus, de-
civit ab eccle-
sia discessit.*

obiurgabatur ab Ecclesiasticis de intemperantia scripti, eo magis irritabatur. Crebro, idque adeo ut feroculus à iustè reprehensis abusibus ad conuellenda substantialia. ira calefactum animum adiceret, & confundere omnia statueret, non habita ratione seu zizanij, seu tritici. Eiusmodi Mauortia facta vocabant vulgò.

Nunc diffidens de perpetua sectæ incolumitate comminatur nobis.

Lutherus docuit catholicos sine misericordia per dendos.

Quo Germanismo significare volunt ultimam seditionem aduersus Antiluteros concitatum iri, & Catholicos sine misericordia perdendos. Hæc scilicet fraterna charitas illa est, & Apostolica mansuetudo.

15

Talem Prophetam si misit Deus, profecto contra ea quæ dei sunt, misit, id quod procul abest. Sin ab hominibus missus, ad istum ausum gigantem, age, nominentur qui miserunt. Addatur quo iure, & ad quod opus miserint.

16

Christiani miracula in aduentu apostate non requisierunt.

Miracula peculiaris missionis non magnoperè requirimus, apostatæ etiam non credituri, si factis miraculis inclaruisset, quia ab iis docedo & viuendo dissentit in Ecclesia, per quorum manus miracula olim innumerabilia edita sunt, sed iam ea signa dominici digiti, spiritibus atris accepta ferunt.

17

Nec nos à via Catholici instituti seductura erat hominis si extirisset, Angelica in carne vita, utpote cuius machinam merita longissimè dissi dent à sanctissimis Ecclesiæ patribus, quos Charissimos Christo domino fuisse, res ipsa non dubiè comprobauit.

Tantū abest, vt adhæsuri eramus homini corruptissimo, cuius vitæ licentia eo vsque processit, vt agrè inuenias inter veteres Schismatichas aliquem ad quem comparatus hic Pseudo-euangelista non existat longè carnalior. At hunc si cum sanctis Ecclesiæ compares, reperias Mahumeranum potius Alchoranistam, quàm christianum Euangelistam. Homo semper in Ecclesia ferox, aut aliter sæuiit, ac si in vno illo conspirassent de nouo omnes veteres Schismatici aduersus vnitatem ac consensum orbis in Christo. Nemo vnquam immitior, nemo violentior, nemo æquè præfractus scriptor. Vt Arrium nomine, sic eundem re ipsa refert, videlicet perpetuò pugnans cum vniuersitate Ecclesiæ, quive eum sibi præfixit scopum, vt quiescere antè nolir, quàm debellâdo, aut rebellando potius, omnia piè recepta in Christianorum Ecclesiis Turchicè substulerit: Author idè ac suasor, vt admoda manu vastetur Ecclesiæ Catholicæ regnum, vt sæculari gladio tollatur iuge sacrificium, vt funditus extirpetur Monastica, vt ecclesiis abdicentur clerici, vt iidem spolientur & exulent, eò quòd à suis dogmatis abhorreant. Preterea vt in templis omnia diuina sileant, ingerantur sua, vt populus coërceatur à cultu dei, etiã probabili, vt idem adigatur ad ea quæ ipse commentus est. Dixeris Mahumerem aliquem. Nam ille quoque Arabicus Pseudoprophetes, non per miracula, sed per gladium, sectam suam extruxit.

*Lutherus
corruptissimis
moribus
in ecclesiam
ferox.*

*Vult Lutherus
ecclesiã
manu vasta.
re, iuge sacri-
ficium s. eu-
charistiam
manu tolli.*

Negari nõ potest, quanto studio ediderit Lu-

ANTIDOTVS CONTRA

terus sanguinolenta, minacia, seditiosa, ac exitio-
sa scripta. Nec aliunde cordi illius cruciacus est,
quàm quod porrecto à se gladio, non omnia ad-
votum delentur, quæ sibi iniusa, atque sua facti-
one diuersa sunt. Virulentia, tyrannis, mordaci-
tas, scurrilitas, obscœnitas, præterea cõuiciandi
cupiditas, fingendi ars, mētiendi audacia, deni-
grandi libido, accusandi malignitas, calumniandi
furor, exterminandi, abrogandi, conculcandi
impetus, vituperandi, lacessandi, exacerbandi,
iudicandi, damnandi rabies, hoc in homine tanta
est, vt ad eam improbitatem vix quicquam
addi possit. Cuius obsecro Theologi fuit olim
talis iracundia, talis ferocia? Quis scriptor fuisse
legitur vlciscendi cupidior? & ad eadē auidior?
Quis concionator vnquam maledicentior? Quis
Eremita impatientior? Quis Asceta vixit in tanta
voluptate, opulētia, lætitia? Quis anagnosta mi-
nus tulit Crucis, minus flagri sensit? Quis Christi
miles delicatior, mollior, gulosior? Saturnalia
illa ac lampsatia vulgò detrita sunt. Sed dome-
sticam Apostoli conuersationem prætermittere
libet, ne secreta rimari videar. Affectus huius ad
extrema omnia effulissimos & effrenes istos at-
que tumultuantes spiritus, quorum immodera-
tione miscuit diuina humanaque quis nescit?
Leo immanis suo in antro est. Eò prodire nun-
quam solet, nisi ad catulos suos. Foris enim, si
auderet: hiscere, videas pro leone damam. Ex-
tuto conuiciatur summis infimisque non in-
acie dimicat. Iaculatur vltrices chartas in capita

*Vitia qui-
bus Lute-
rus ornatus
erat.*

*Enterus mi-
les delicatiss.*

Catholicorum libellos apologeticos non recipit, non legit, contemnit, abiicit. Superbus animal, & insatiabilis gloriæ mancipium, nulla viderunt sæcula. Nec alius tot ante sæculis extitit, qui doceri, aut submoueri duntaxat, minus sustinerit, adeo vni sibi fidit, vni sibi placet. Nam ea res quæ græcis philautia dicitur, si in hoc omnium maximo Thrasone arcem non collocauit, negare ausim coruum esse nigrum. Is videri vult, qui non nisi mera & vehementer cœlestia crepet oracula, & cuius libri inter Canonicos referri debeant, longum valere iussis Cyprianis, Hieronymis, & Augustinis. Huius infandæ philautiæ ac inuistatæ arrogantia exemplum nullum habet, vel Philosophorum, vel hæreticorum historia. Tali flatu propemodum omnes eius Symmistæ repleti sunt. Da mihi hominem in terris, qui minus modestiæ, plus arrogantia præ se vnquam in docendo tulerit, quiue insolentius iactarit se, suaque laudarit impudentius, & aliena maliciose extenuarit, defœdarit.

*Lutherus
vni sibi placet, & fidit.*

Talem scilicet, te suasore, Theologum admirabimur, imò prophetam Dei cœlitus missum recipiemus? Talem Heliam, talem Danielem, te iudicantem, solum audiemus, solum sequemur, cuius fructus eiusmodi sunt, Nisi forte ficus à tribulis & à spinis vult colliguntur. Tali Apostolo nunc tandem post sesquimillesimum annum regnante, ædificata est Ecclesia? Tali Evangelista corruscante Euangelium innotuit primum orbi terrarum, præsertim nationi nostræ? Tali

20
*Fronta in
Lutherum.*

Episcopo cæpit extrui dominica domus? Tali Papa inferior est Linus, Cletus, Cornelius, Fabianus? Tali pastore primùm congregatæ vni- que oves sunt? Is reducet in viam? Is perducet ad vitam, quod tot mundi aratibus regnante Chri- sto, nemo omnium electorum Dei, post Aposto- los, nemo sanctissimorum miraculisque clarissi- morum Martyrum, nemo doctissimorum con- fessorum præstare potuit? Omnes omnium sa- culorum scriptores cæci, omnes à Christi vsque ad hunc apostatam, qui solus oculatus, solus Christianus est: Equis & mulis absurditas hæc persuaderi debuit, non hominibus.

21

Huius igitur recēs excogitatum dogma (quod ipse Euangelij loco venditare audet) Huius no- uam institutum, quod Euāgelicam vitam appel- lant, & si ibi nihil Euangelij, quo adhortatoro sano orthodoxi amplectamur? Per conculcatum Ignatium, Clementem, Dionysium, Ireneum, Tertulianum, ceterosque viros Apostolicos transibimus ad hominem Apostolis dissimilli- mum? A lapidato & de ponte deiecto Athana- sio, Basilio, Nazianzeno, Emiseno, Chrisosto- mo, Eusebio, Cyrillo, Epyphanio, atque aliis summis Ecclesiæ Theologis discedemus ad ce- rebrum non valde sanum? Descendemus deni- que à Cypriano, Hylario, Hieronymo, Augu- stino, Ambrosio, Prudentio, Leone, Fulgentio, Gregorio, Prospero, Damasceno, Calsiano &c. ad Doctorem, qui contemptis omnibus ipse se tantum admiratur, seque ipse Prophetam &

*Lutherus a-
postolis dissimilis.*

*Lutherus a-
liis negle-
ctis, se solum
admiratur
prophetam
& euange-
listam.*

Euangelistam nominat, cunctis retro Doctores longissimè præferendum, ac multò irrefragabiliorem, quàm vt de doctrina sua vel Angeli Dei iudicent.

Illorum doctrinam atque Sanctimoniam, si adhibito animi iudicio conferas cum noui Prophetæ huius placitis ac exemplis vitæ: primo statim gustu fateberis omnia maximè dissimilima esse, imò hæc hesternæ eò spectare, vt antiqua illa sensim intereant.

Lutherismus certè nouus, Christianismi veteris excidium est, Hoc nimirum mōstri alitur sub Euangelij specioso prætextu, vnde futurum prospicitur, vt per Euangelium Germania pedetentim ab Euangelio degeneret, nisi obuiam eatur pergrassanti malo. Nulla certe fides Satanæ, destruxit maceriam disciplinæ, expulit timorem cultumque Dei, introduxit libertatē licentiāque suam, & impunitatem omnis audaciæ.

Lutherus destruxit maceriam disciplinæ.

Iam verò ingenij acumen, & nonnulla eruditio huius nouatoris aded nullum nobis calcar addit ad suffragandum, vt aliquo etiam modo deterreat suffragaturos, quandoquidem comperiri non solet ineruditos machinatos fuisse hæreses. Id genus homines semper acutissimi, ac inueniēdo promptissimi, inque dicendo fœlicissimi fuere, cuiusmodi in Arrianis, Manichæis, Donatians &c. palā adparet. Taceo de Zuinglianis, qui hoc tēpore, si de eruditionis laude certeretur, primis schismatum autoribus, neque linguarum peritia, neque eloquentia cedunt.

23
Apostata Lutheri studium, Christiano nullā calcator addidit.
Hæretici in dicendo fœlicissimi.

24
*Scriptores
 ecclesiastici
 gloria antecellunt
 schismaticos*

Et si (quod quidem ad rerum omnium scientiam attinet) prisci Orientales atque Occidentales Ecclesie scriptores sic antecellunt schismaticos, ut iis vix exiguum quiddam gloriatiunculae de doctrina relinquunt, atque ita doctis Lutheris opponimus vel doctiores Zuinglitas, vel anteferimus doctissimos & illustrissimos Ecclesie Catholicae Heroes, non comminiscetes, hoc etiam auro existere passim inter Catholicos, qui in nullo doctrinae genere schismaticis inferiores sint. Latissima Theologorum Catholicorum seges passim in Germania, Gallia, Italia, Hispania, & Polonia enascitur, unde nobis redintegrandae ac aduersum schisma afferendae Ecclesiae permagna ostenditur. Iactat secta literas, tumerturgētque praecleariorum artium gladiis: passim crepat Dialectica, buccinat Rhetorica, non aliter ac si isti omnium primi bonarum disciplinarum vindices essent: & non potius aliorum discipuli. Attamen praecatholicis sacerdotibus merito Dialecticae Rhetoricaeque student, cum habeant causam non bonam, cui defendendae sufficit simplex veritatis oratio. Sed eam ut tueantur, opus est Dialecticis ac Rhetoricis argutiis ac effugiis. Sunt isti praeterea nostris longe vigilantiores ac acriores, & qui nulli parcant sumptui, qui instent sedulo, qui audeant, qui insudent, qui perumpant: nec id mirum, quando quidem bellum istud Ecclesiasticum tales requirat excubias. Iuchariores Petro dormiente noctem insomnem ducit.

Haeretici acriores & vigilantiores orthodoxis.

25

Multò omnium longissime ab assensu sectae

huius, Christianos populos submonet, quoties audire coguntur in tantâ sectarios rabië prolapsos esse, vt iactitare minimè dubitent, ante se in Germania non fuisse Euangeliũ Christi, & incognitam fidem &c. Atque hic exquisitis Loedoriis lapidant S. Bonifacium vnà cum cooperariis suis S. Chiliano, S. Burghardo. S. Villibaldo, Lullo cæterisque viris Dei, per quos saluator mundi ante septingentos annos salutem germaniæ dedit. His procul amotis, Apostatam isti suum in medio collocant, seridò affirmantes, hũc hominem omnium primum Germaniæ Apostolum & Euangelistam &c. Quo quid audiri possit irreligiosius, ne dicam vesanius?

Igitur antequam nasceretur filius homicidæ Morensis, non fuit Euangelium Christi in Germania, nulla verbi Dei cognitio. Hoc si verum est (vt verissimum esse isti pertinaciter affirmât) facile colligitur, ne Ecclesiam quidem Christi in Germania fuisse, vt quæ ex Euangelio Christi congregatur, Consequitur hinc citra yllam controuersiam, nec Sacramenta Christi in usu fuisse inter Germaniæ populos. Ergo baptisati nõdum sumus, quotquot ante monachi huius inchoatâ fabulam nati sumus. Neque enim Baptismus esse potest in rerum natura, vbi non est euangelium, non spiritus, non Ecclesia, non cognitio, nõ fides. Et eo pacto Anabaptistæ iusti redduntur, quos Lutheristæ tamen condemnatos vltimo supplicio afficiunt. Illi certè retinctorum, sua ista lauacra, decepti Luteri impiissima voce, insti-

Ostendit hereticorum rabiem ante hereticos fidem & euangeliũ Germanis fuisse incognitam.

27
Non catholicos fuisse germanos si Lutherus homicidæ filius, primus è celo attulit Euangelium.

tuerunt, Nimirum hactenus non extitisse Euangelium. Igitur neminem fuisse Christianum, Baptizandum ergo nunc exorto Euangelio, ut in Germania Christiani sint.

27 *Precessores nostros extra baptismum & Christum fuisse, nec discrimen esse inter Christianos & Sarracenos si apostata Lutherus prius attulit euangelium.* Perpende negotij magnitudinem, & vltro cofitebere, at auos, auos, precessores nostros vniuersos, extra Baptismum, extra Christum, extra Christi fidem perisse, tanquam de confesso gentiles athæos, si Apostata primus Apostolus Germanie est, nosque qui adhuc in Ecclesie corpore continemur, carere Baptismate, carere Eucharistia, destitui Euangelij fide, nec esse discrimen inter catholicos & Sarracenos, id quod etiã vel leuissimè suspicari, nephas sit.

28 *Persuasio multipliciter impia Hæretici, phrenapata.* Huius persuasionis tam multipliciter impie phrenapatas istos adeo non pudet, ut quotidie in Catholicos homines atrocissimè fulminent, tanquam in eos, qui nihil minus sint quam Christiani. Iam traducunt hos pro Iudæis, iam pro Ethnicis inculant, iam ut Antichristianos dilacerant. A seuerare audent eundem esse Turchismum cum Catholicismo (vocant Papatum). Interpretati sunt sacra Biblia contra Catholicos tanquam Iudaicos idolorum cultores, & quicquid ferè est in Eusebiana historia contra gentiles, id magna ex parte aduersum Ecclesiasticos, hoc est, à sectis abhorrentes, audacissimè detorquent.

29 *Phrenapata.* Vniuersa horum conciones tonant duntaxat in Catholicos, In illos enim omnes scripturæ mysticæ paginas quadrare aiunt. Aliquoties in confectas

confectas fulgurant, Has vocant Suuarmerias, rectius filias dicerent, vtpote Lutre vtero prægnatas: Sed tamen in calce cõmunions epotare oportet Catholicos fecem propinati poculi. Si interdum in Iudæos incandescunt, statim admiscantur Catholici, hi exoluunt Symbolum. Quoties sacram dominicæ passionis historiam prædicant, in tuto ferè sunt Pharisei, Scribæ, & Seniores Iudaici populi. Tota bilis euomitur in Pontifices, Episcopos, Presbyteros Ecclesiæ. Nã istos demũ esse perpetuos ac deterrimos proditores, flagellatores, crucifixoies Iesu. Omnino læguescunt horũ conciones, nisi crebris subinde blandimentis cõdiantur, atq; aculeis excitentur, videlicet de reparata libertate, de monade fidei, de Papa, de Papistis, de infaustis Catholicorum euētis, de triũphis suis, & his similibus illecebris.

Faciunt Pontificem Antichristum merum, Cæsarem Antichristi iuratum ministrum, Reges nostros creaturas Antichristi, Ecclesiam appelliant Synagogam diaboli, Catholicorum Deum diabolum, Sacramēta excrementa, Eucharistiam idolatriam & Iudaicam Staurosin, Chrisma oleum, leges Ecclesiasticas quantumuis tolerabiles, deuteroses pharisaicas, Monachismum Mahumetismum, ceremonias nugas, processiones, deambulationes, ornatus gestusque sacros in templis histrionicos lusus in theatris, ciborium caueam diaboli, corpus Christi ad egrotantes allatũ sacrũ diaboli, & omnia diaboli. Reliquiæ Sanctorum sunt istis ossa brutorum, Ecclesiastæ

B

32
Heretici faciunt pontificem Antichristum, Imperatorem eiusdem ministrum, Reges Catholicos, Antichristi creaturas: Catholicorum Deum, diabolum.

Sacerdotes Baalita, Episcopi Anna & Calpaz, cultura diuina hypocrisis, bona opera rudera, que peccata, cantiones Ecclesiastice mugitus demonum. Litanie nominantur Choree, Corolle, rosacea cathena demonum, signationes sancta crucis ictus gladiatorij. Purgatorium figmentum sacerdotum, Sunt infinita conuicia, & eadem saepenumero sacrilega ac blasphema, quibus isti Christianismum conspurcare non desistunt, nihilominus videri affectat soli Christiani, soli electi filij Dei, sat habentes quod contentur nobiscum triada, & duodecim articulos fidei.

31
Haeretici a salute excludunt martyres Christi.

Insper audent publice testificari, ac iureiurando asseuerare, neminem saluari posse, nisi qui recipiat Lutheri doctrinam. Quo dicto a salute excludunt Martyres Christi. Quid quod ne Apostoli quidem ipsi salutem contecturi sunt, nam & hos latuit Lutheri doctrina, Exors salutis est omnis Ecclesia Hierolymitana primis veri Euangelij temporibus fulgentissima, item Antiochena, Alexandrina, Constatinopolitana, non Romana tantum Ecclesia, quibus ignoratus atque incognitus fuit Luterus. Non saluata, sed condemnata est tota Syria anachorefis. Perenni salute priuari, in Stygijs vndis natant Constantini, Theodosij, Valentiniani, Marciani, Mauricij, Hentici, Othones, Friderici, Conradi, Lodouici, Sigismundi, quos cum omnibus alijs Euangelij aduersum infideles defensorib. posthac pro Christianis paganos reges, & qui in eadem condemnatione sunt

Imperatores & Reges caeterosq; Christianae religionis appellat paganos.

cum Neronibus & Caligulis, iudicare & pronuntiare debemus.

Quandoquidem autem sic se per omnia res habent, quid nobis profunt sacra Catholica Ecclesia? Cui vsui Biblia vtriusque instrumenti? Quin exurimus Bibliothecas Ecclesiasticas, quippe aut horum, qui spiritu sancto vacui, Evangelium neque intellexerunt, neque docuerunt. Et qui hodie presunt Ecclesiis nostris, stipes ac cædices sunt. Qui erudiunt, rudes Asini, qui audiunt bestia. Nec præterit dies, in quo de concione sua Ecclesia nostra non sit Ecclesia Satanae, Christus noster Antichristus, Synodus Oecumenica conciliabulum asinorum & porcorum, cuius præses sit spiritus in specie corui. Qua in persuasione quia obfirmati isti quæsi, Evangelistæ sunt, & quia Catholicas ubique nationes stare in evangelio pristino animaduertunt, conspiratur de bellis inferendis occasiunculam captant, qua veluti iure aliquo, per gladium, sicut Mahumed, papistas suos, Antichristos suos, Idolomanitas suos, sceleratam gentem vel excindant, vel adigant ad recipienda sua, quo ipsi securius suo more Christianizant.

Hic libera veritate tactus subtilis, murmuras ac frendes. Neque tamen audes inficias ire quæ commemoro, neque fateri finit pudor. Sed heus tu Princeps Apostolorum, Areti mane paulisper responsurus: Antea Ecclesiam cum Evangelio extitisse in Germania, priusquam tu de vulua educeretis. Et per consequens extitisse Sacramenta,

B ij

32
*Hæretici
volunt om-
nes episco-
pos & Chri-
stiana reli-
gionis veros
pæcones fu-
isse spiritu
sclo vacuos.*

33

Ecclesia & euangelium & ecclesiastica sacramenta ante Lutherum. cultum dei publicum, populos Christianos, aut istud totum nega. Si concesseris extitisse, euangelium, tuum recens coortum euacuasti, Nam diuersa Euangelia non sunt. Ecclesia autem Euangelium & tuum, diuersa sunt. Quod illud ante tuum extitit, necesse est tuum non esse, quod venditas, Euangelium. Iam si negaueris extitisse Euangelium priusquam tu in mundum fundereris, negasti Ecclesiam, negasti Sacramenta, negasti Germaniam annis plus septingentis Christianam fuisse. Atque ita quod superius atigi, neque maiores nostri, neque nos in Christum baptizati sumus, alieni adeo semoti ab utroque testamento. Nec profuit huic nationi Bonifaciana praedicatione, quam tamen Euangelicam fuisse, cum veterum monumenta testantur, tum res ipsa declarat. Quid multis? Si tale orbi persuaseris, cuiusdam Catholicos diabolicos esse, & idololatri Caliculis acriores. Te autem merito constituisi super omnia, veris Apostolis aequiparasti. Sanctissimos Graeciae & Italiae ac Africae Pontifices superasti, Martyrum & Confessorum choros exulfasti, Leges omnes, consuetudines vniuersas, consilia, decreta, iura laudabiliter abrogasti, atque calcasti, ita ut quod tibi sectatores tui tribuunt, vocari & haberi debeas, Propheta, Euangelista, Episcopus, alter Helias, alter Daniel, ac Angelus domini exercituum, nedum Ecclesiastes, cui similis inueniri sub caelo nequeat.

34
Lutherus Germaniam priuat euangelio, denique omnem orbem terrarum. Non iocor, sed vrgeo seria. Prius Areti nationem nostram Euangelio, qua opera ipsam quo-

que Ecclesiam sustulisti, Nō hac impietate plusquam Cyclopica contentus, pernegas etiam Italiam, Galliam, Hispaniam, Portugalliam, Hungariam, aliásque terras Christiani orbis, habere Euangelium, igitur nec Ecclesiam, haudquaquam nescius, Euangelium tuum nullibi locum inuenturum, nisi prius persuasi populi sint, se hactenus Euangelio caruisse, vsque ad eò cōfessum esse vis, Ecclesiæ Euangelium cum tuo pugnare. Eiusmodi si nunc fateri dubites, dic obsecro, vnde nam hoc vestrum polythrylleton sit, Diocesis Colonia receptit Euangelium. Palatinatus Rheni recepit Euangelium. &c. Vt istud exempli gratia dicam. Si recepit, confectaneum est, antehac non habuisse quod recepit. Ergo tot sæculis illi ter miserandi Rhenani permāserunt gentes impiæ, atque adoratores cacodæmonum, Sacrificatores Mercurij seu Teutonis, cultotes Martis ac Vulcani, cantores Tibileni, amatores matris deūm.

Quare igitur cessat cū introducto Euāgelio Baptisatio? Quæ reliqua salus catechumenis, nisi doctrinæ fidei è vestigio succedat sacra illa tinctio? De Ecclesia quoque nonnihil aspergam, Nisi crederetis ante vos Ecclesiam Christi in Germania non fuisse, & nūc, quam Catholicam Orthodoxi profitemur, Ecclesiam Christi non esse, sed aduersariam potius Ecclesiæ Christi atque meretricem Babylonicam, è qua fugere ad vos oporteat, &c. Profecto dignaremini eam suo tam nomine, quàm honore. Sed vt vobis tantum vendicatis Euāgelium, sic Ecclesiæ titulum Sectæ tan-

B iij

35
Luterani
credunt Ec-
clesiam non
fuisse ante
Luterum:
quod refellit
autor.

tum vestre adscribitis. Nec vobis vnquam in ore Ecclesia est, nisi quoties de schismate vestro loquimini, qui mos antiquorum Hereticorum multus erat. Principio Schismatis iactabatur Euangelium tantum. Num per blandiloquentiam coacta hominum multitudine, Ecclesie etiam vocabulum vsurpatis, vt nimirum fidem faciatis seducto populo, in vobis duntaxat reperiri tam Euangelium quam Ecclesiam, iuxta illud, Ecce hic Christus. Apud Catholicos vero, e quibus vos Schismatici egressi, nihil relictum, prater plorare, & diabolica omnia.

36
*Theologia
 catholicorum
 & Hetero-
 norum diuer-
 sa, & diuer-
 si ritus:
 Ideoque non
 est vtrique
 vna.*

Vno verbo eloquar, adeo inter vos pugnamus Catholici & schismatici, adeo diuersa est nostra ab illorum Theologia, adeo diuersi ritus, vtrique Ecclesia Catholica, vnaque esse non possumus. Iam cum manifestissimum sit, istorum conuenticula scisma esse ex nobis, & partem a toto absciscam, nudiusquartus incceptam fabulam, ab Aquilone subortam, exteris populis incognitam, sancte antiquitati contrariam, scripturis canonicè intellectis infestam, sine vllis signis & virtutibus per armata mandata, per minas ac vim miseris mortalibus impositam, fieri non potest, vt tale schisma, Catholica Ecclesia sit. Quod si non Catholica est, nulla sit oportet Ecclesia. Neque enim potest esse Ecclesia Catholica & non Catholica. Mericam Ecclesiolam illis concedimus, Catholicam Ecclesiam retinemus nobis, maioribusque nostris. Quin illud addimus ad serias admonitiones, nempe Chri-

stianos omnes obligari virtute Apostolici Symboli vt particularem aggregatiunculā, Ecclesie Symiam, veritatis vmbra equis velisque fugiant, siquidem articulus Symboli nonus Ecceſiam Catholicam credendam atque confitendam proponit, non schismaticam, non Apostolicam.

Doceat Ecclesie nouae faber, si antehac nec Ec-
 17
 clesia, nec Euāgelium, nec fides, nec scientia Dei fuit in Saxonia & Thuringia, & ipse quemadmodū omnes alij, parētibus Ethnicis editus est, vnde nam primū hauerit euāgelii doctrinā? An non cum lacte matris, vt dici solet, fidem imbibit? An non habitauit ô Thimothee fides in auia tua Loide, & matre tua Eunice? Nisi fortē oriundus More, ortus Islebij Propheta noster, authomathes, sine predicato verbo verbum didicit, & nō eo modo, quem ex epistola Pauli ad Romanos, cap. 10. seruari oportere ipse ostendit. Nescimus per vinginti nouem musas, si forsam Euāgelium didicerit extaticus in tertio aliquo cælo, an citius in septimo illo cælo, in quē se raptum Mahumed is maledicus fuisse gloria-
 tur. Moses in mōte Sinai legem accepit, Numa in conclauī apud Egeriam suam, & hic, opinor, Euāgelium in monte Appollinari, propē Vitēbergā. Ad eum Enthusiasmon Bibliothecae Monasticae nihil contulerunt. Alioquin posset credi, Apostolum hunc Euāgelium percepisse ex Libris, aut didicisse ab hominibus, quū in illo tempore Euāgelium neque in libris extiterit, neque in hominibus.

*Euāgelii
 luteranorij
 propē Vitē-
 bergā apud
 Egeriā acce-
 pitum.*

38. *Evasio Lutherorum.* Si quidem hic medius tenetur Prophetes, nec
 utrū flectat, satis nouit, sic, puto elabatur: fuisse
 quidem Ecclesiam & Euangelium, sed in pau-
 cissimis. O euasione propheticam! Hic si ro-
 ges, qui nam hi paucissimi, producent tibi Ber-
 nardos, Vicleuos, Valles, Huffos, Sauonorolas,
 Tauleros, Veselos, &c. à talibus videlicet pepen-
 dit, si quis extitit, Christianismus. Lepidum ca-
 put. Atqui horum nullus solidè Luteranus erat.
 Saltem opiniunculis tribus, quatuor ve videban-
 tur stare à parte propheta Germanici. Quæ ve-
 rò conuentio Bernadi ad Luterum? Sunt ista
 factura tam friuola, vt his immorare pigeat.

39

Verum cum istos iuuet in via schismaticorum
 stare, inque cathedra derisorum sedere, tamen
 non verentur dogmati suo plausibilem Euan-
 gelij titulum indere, & in immensum iactitare
 dogma suum esse verbum Dei, quum sit verbum
 hominis. Arbitror impudentius & idem nocen-
 tius mendacium non esse, quàm dicere apostata
 huius adinventiones Euangelium Christi cer-
 tissimum esse. Proximum huic mendacium est,
 scriptores Ecclesiæ vnanimis sentire, cum noui
 propheta noui dogmatis, quum nihil vspiam
 æquè dissentiat ita rapiuntur isti flatu suo: iam
 aiunt patres Euangelium nescire, iam scire. Mo-
 do sunt homines illi, iam sanctissimi doctores,
 Pudeat vos vanissimi scurræ leuitaris huius plus-
 quam momentanicæ, si cuius rei vnquam vos
 puduit. Sed nolim acrius inuehi. Effacinarunt
 suauiloquiis Chisticrepis Principes ac Satrapas,

vt crederent mendacio duplici, videlicet quicquid ipsi ogganiant, Euangelium Christi esse, & istud suum Euangelium à patribus confirmari. Quod posterius si verum est, cur patribus tota die maledicitur à schismatica turba? Cur cohors vestra damnat traditiones apostolicas in Patribus? Cur irridet obseruationes Ecclesiasticas, quas patres diligenter exercuisse legimus? Nullis verbis opust. in aperto est. Patrum nostrorum doctrinam perinde congruere cum Apostata dogmate, vt Euangelium nostrum cum Alchorano, & vitam sanctorum cum conuersatione nouorum Euangelistarum conuenire, sicut Pythagoreorum cum Epicureorum vita. Abi nunc bellissime Areti, & prætrea factioni patres, qui semper factionis in faciem fortissimè restiterunt.

40
Sed omisisis psychicis, patribus Euangelium vrges. Ad hoc vocas, alacres adsumus. Ostende igitur in Euangelio secundum quatuor euangelistas Euangelium tuum. En tibi codicem Euangelij totius in vtraque lingua. Hic sanè locum habet illud Bernardi: Ad Euangelium appellasti, ad Euangelium ibis. Si ostenderis citra violentiam sacri contextus, dogmata tua in Euangelio, confixos coruicum oculos esse fatebimur, Argum te canemus per compita tonstrinasque talpas eximiè vituperabimus. Incipe Mopse prior: & quæ tum nouissimis hisce mundi annis, post innumerabiles Ecclesiæ præsidēs, paradoxa in Euangelio reperisti, citra fraudem, sectæque quæsitum commodum, candidus imperti nobis ex

Euangelio. Scita tua, verba tua fac videre, ob
quæ tu assertiones tuas non Euangelicos modo,
sed ipsum esse Euangelium hyperbole fortissi-
ma buccinasti, Marcium Euangelium suum ha-
buit, Tertuliano teste, quod Euangelio Ecclesia
opposuit de sua quidem prudentia confusus, sed
confusus periit. Arrius conatus est suas etiam cogi-
tationes in Euangelij codice demonstrare,
Manichæus item suas, sed is ante truncavit verū
Euangelium, quàm falsum suum tueri pararet. Tu
quidem non truncasti tantum sacra Biblia, sed
etiam accommodasti subindè ad mentem tuam,
tantò nocentior falsarius, quantò maiorem tibi
fidem habent affectatores. Nulla vnquam He-
resis fuisse legitur, quæ non scripturis sanctis te-
merè cōfusa, probationem opinionis suæ ex ver-
bo Domini se allaturum promiserit. Sed hæc
odiosa transiliam. Explica tu modò vires inge-
nij omnes, & quæ primus solusque omnium tu
prodidisti tam euidenter, nobis in Euangelio le-
genda præbe, vt tergiuersari nemo vir grauis
possit.

41 Euangelium iactas, Euangelium requirimus,
non glossulas & Scholia, nō Dialectica subsidia,
non Rhetorica refugia, nō acumen Chrysippeū,
non Cenophonias, non verborum alienorū am-
pullas, non futiles ambages. En tibi Areti præ-
terea Euangelia & praxes, Epistolas Apostoli-
cas, vnà cum toto sacrorum Bibliorum corpore.
Reuolue omnia, excute singula, & oculis nostris
subiice, vt ibi tuum legamus Euangelium, vbi

nos nostrum, hoc est, Apostolicum, Catholicum atque Ecclesiasticum Euangelium fideliter contineri scimus. Hæc ego ne recipiēda tibi putauī, ne nescires haudquaquam perterrefieri Orthodoxos, quoties ad Biblia prouocas.

Verum quid moramur, quasi verò aliquis 42
aquam è pumice exprimere possit? Pridem vidimus, quo fundamine nitaris. Consectæ (quibus tu ad quidlibet audendum ianuam aperuisti) nō minus gloriantur de Euangelio, nec minus in Bibliis exercitatae sunt, atque tua pars. Neque tu tamen illis Euangelium concedere dignaris, sed condemnasti Euangelistas tales cum Euangelio suo, nisi quoties tecum in Ecclesiam Rom. incur siones faciunt. In tantum tua te violentia & maledicentia sublimauit, ut præ te nemo profiteri audeat Euangelium, nisi quis sua tuis proportionabiliter conformet. Omnibus in aliis Euāgelium vel Papistria, vel Suarmeria est, in te tuisque tantum adoratoribus Euāgelium veris. ac puris. non esse non potest author Euangelij Christus velit nolit.

An non tam plenus atque exuberans Euangelisus est omni miraculo miraculosior? 43
Quicquid commentamini, quicquid concionamini, Euangelium est. Quicquid prælegitis ac disputatis, Euāgelium est. Quicquid somnatis, etiam & spiratis, euangelium est. Nullus tam pestilens libellus à vobis Euangelistæ deuolat, quod nō sit ipsissimum verbum dei. Consultatis aduersus ecclesiam, verbum dei est. Coniuratis aduersus po-

testatem superiorem, verbū dei est. Arte attrahitis inescatos principes, verbum dei est. Mandatis, visitatis, ecclesiastica destruitis, Monastica diripitis, verbum dei est. Consulta vestra ingeritis, adinventiones vestras super ceruices oppressorū Catholicorum imponitis, verbum dei est. Presbyteros Ecclesiarum contumeliosè tractatis, Monachos Monachasve pudefacitis, spoliatis, pellitis, verbum dei est. Pædorribas & adituos & scribas, & calcographos & relictos item sartores, sutores, veteramentarios, linteonos, laniones, aurigas, coriarios, institores, scriuarios atque cerdones quosuis (desperatione quærendi panis huc impulsos) prophanos prophanè admittitis, modò sint medullitus Luterista, & talibus infælices animas populorum committitis, quibus paulò prudentior Magistratus non gregem porcorum concrederet. Sed hoc quoque verbum dei est. Pòst quicquid isti cerdones vel deblaterat ad plebeculam, vel in altari factitant, verbum dei est. Hi si deponuntur, verbum dei est. Si alij his nequiores sufficiuntur, verbum dei est. Sunt innumeræ apodixes Spiritus.

*Hæretici
his animas
populorum
committunt,
quibus ma-
gistratus
gregem por-
corum non
crederet.*

44

Quæro ab Antesignanis Sectæ, nunquid S. Chrisost. prædicauit Euangelium Christi, cum concionaretur ad populum Antiochiæ Euangelium secundum Mattheū, & Ioannem? Nunquid S. Augustinus Euangelium Christi prædicauit, Hippone, quum tractatus scriberet in Euangelium secundum Ioannem? Nunquid S. Ambrosio tribui debet laus Euangelij, quum enarraret Mo-

diolani Euangelium secundum Lucam? & itidē de ceteris Ecclesiæ pastoribus. Hic si responderis, Pingues illos & Animales doctores Euangelium non habuisse, nec prædicasse, ipse tibi constas & satisfacis persuasioni, Nimirum tam veteres quàm recentiores Euāgelio Christi caruisse. Sin dixeris, illos & habuisse & prædicasse Euangelium, rogo iterum atque iterum, quī fiat, ut illorum prædicantium Euangelium tam longè lateque à tuo Euangelio discrepet? Quo pacto utrumque verum est Euangelium, quod vsque ad eò inter se pugnant.

45 Sed non ex animo toto fateris, veteres euangelium prædicauisse, Alioqui protinus interrogarem, cur ergo tu illorum Euangelio non maluisti contentus esse, quàm aliud inuenire? Et cur negas Euangelium prædicare, qui hodie inter Catholicos ex ore Chrysostomi, Augustini, Ambrosij, aliorumque Orthodoxorum, Episcoporum Euangelium prædicant? Ais, non nego. Vnde ergo dicuntur, Euangelium recepisse principes ac Comites quidam, apud quos certè fuerunt, qui Euangelium prædicarunt quemadmodum olim idem prædicauerunt Patres orthodoxi: Quare illos Euangelij prædicatores Cathedra deicitis, dignitate orbatis, Ecclesia expellitis, vestros autem nouos intruditis? An quia nouum Euangelium à nouis istis prædicari oportet? An dogmata tantum vestra vocitatis Euangelium? Hęc illa Helena, Hic cedunt de potant, confitentes ingenuè, si Euangelij nomine censerit, debet quicquid

quilibet hæretista parturit atque abortit, se Euangelium non habere. Atque ita ipsa res arguit sectam Luteri toti Christianismo ademptum Euangelium, sibi vni violenter vëdicare. Quæ est tam impia ac intolerabilis arrogancia, vt horrescam referens.

46

Audín' Lutra? Te iudice non docet Euangelium Christi in Ecclesia Christi, qui præter ipsum Euangelij textum huiusque irrefutabilem elucidatione publicitus nihil sonat? Num tu alio modo Euangelizas? An verò igitur iudicas nos non docere Euangelium Christi, quòd ab Ecclesia Catholica non diuisi, ad te non delapsi, in tuis cõuenticulis nõ edocti, tecum Luterizamus: Te cognitore illi solùm prædicat Euangelium, qui prædicant ac instillant tuum dogmatione de solitudine fidei, de fictitia libertate, de nullitate Hierarchie, cõtra existimationem bonorum operũ, contra Ecclesie vetustissimas paradoxes, contra pontifices, Episcopos, Cæsarem, Reges, ceterosque Catholicos, omnia virulenta & seditiosa? Istuc ne est tibi Euangelium prædicare? Producat alicuius præco, qui de Christi Saluatoris in nos eterno beneficio euangelico prædicet, quive peccantes arguat bono zelo. Sed is admisce non nihil de pietate vitæ, de pœnitentia, de utilitate bonorum morum & operũ, de seruitio debito, de Abstinentia, de vigiliis, de que id genus aliis officiis Christiani, Et idem non arripit canino dente sacerdotes, Monachos, Nonnas, Papas, Episc. Abba. Nec damnat Ecclesie ritus & consuetudi-

nes, nec detrahit Catholicis atque obedientibus. Hic certè nō prædicat Euangelium Luteri, quantumlibet prædicet Euangelium Christi. Verùm apagesis iam stomachum hūc. Satanae arrificio-
sissimi ludibrium est. Malignus ille per istius-
modi instinctus hoc satagit, vt Ecclesiastici viri
talibus, Thraonismis, manibus, glorijs, fumisq;
& fucis adducti, hastam in acie media abiiciant,
ac transfuga facti, per vim dominantis hære-
siarchæ se mancipent.

Illud cum primis admonere volui, serpentem
vectem summa vsu caliditate, quod Rom. cu-
riam per sectas oppugnare videri cupiat, dum
Christianitatem vniuersalem oppugnat. Ad eum
modum Xerxes olim in Athenienses se moliri
bellum finxit, totam Græciam subactus, Quod
illi Persæ vt pessimè cessit, sic Anteclesiis bel-
latoribus sua sedet audacia Polyphemica. Hi
omnia contra Papam & Papatum maledicta
euomunt, vituperia expuunt, in Papam & Papa-
tum eunt mictum & cacatum, vt ille ait. Fece-
runt hūc hætenus Antichristū, filium peccati ac
perditionis, Nunc totus est & totaliter diabolus,
& si quid execrabilius diabolo. Ex diabolo na-
tus, à diabolo educatus, per diabolum regenera-
tus, coronatus, sacratus, vocatus, missus, totus in
diabolo habitat, & diabolus in eo. Idem Ponti-
fex Rom. supra omnem modum onolyratus,
bōbificatus, permerdatus, suspēsus, elinguatus,
excoriatus, frustratim concisus, inque Tyberim
abiectus. (Nam hæc nouorum Euangelistarum

47

*Serpens an-
tiquus Ro-
ma. curiam
caliditate
oppugnare
solitus est,
& vniuer-
sum Chri-
stianismū.*

phrafis est, hæc suæ theologiæ flores ac emble-
mata. Et quod atrocius est, Pontificatus seu Ro-
mana sedes, autore diabolo, primùm fieri cepit,
idque quòd inferos in rictu trifaucis Cerberi mi-
nisterio Eumenidum seu futiarū. Eadem Rom.
sedes instinctu, cura, atque opera diaboli aucta,
prouectaque & cōstabilita. Quare illi nil sit, nec
illuc exit, quod non sit diabolicè diabolicū. Istius
modi multa tam incredibiliter impia, scelerata,
turpia, seditiosa, scurrilia, dedecoramēta, hostilis
quidem secta vsque ad immane prodigium in-
culcat ac exaggerat, sed aliò tendit. Oppugnatio-
nē Romani Pontificatus, Ecclesiam ipsam aggre-
ditur, quam vnà cum Rom. Pontificatu astutissi-
mus coluber subuerrere decreuit.

48

Pro Ecclesia Papatum in ore habet, quippe
odibilem, & si repetere liceat, detestabilem. Ec-
clesiam oppugnatam nominare formidat Sata-
nas, haud nescius ea nomenclatura summo perē
se incommodaturam Schismati. Quis, n. omnium
ferat, toties & tam acerbè, ne dicam Iudaicè ac
Mahometicè blasphemis lacerare Ecclesiam,
quoties Rom. Papatum laceratur atque discerpi-
tur? Ecclesiae vocabulum habetur in Apostolorū
Symbolo, Papatum non item. Ob id maluerunt
prætextu Papatum, Ecclesiae bellū indicere, quàm
velamento Ecclesiae, Papatum excindere. Nihil
vnquam à quoquā callidius factum legeris. Sin
dissidis hæc ira se habere, cogita mihi, quid id de-
mum sit, quoties pro Ecclesiasticis Romanistas,
pro Catholicis Papistas, pro Apostolicis traditio-
nibus

nibus Papistica deliramenta, pro Ecclesiastica
latría Papistriam amarulentissimis ironiis fiunt.

Quid obsecro in Ecclesiis nostris vilo anni
tempore peragitur, quod huic sectæ non Papi-
sticū sit? vt sint Episcopi nostri priscis simillimi,
& nulla non re ornatissimi, attamen Papistæ &
Antichristi per contumeliam satísque impiè ap-
pellantur. Ecclesia Catholica, non Ecclesia, sed
papatus est. Catholica doctrina, doctrina Papæ
est. Clamant apud populum: sic docet Papa, sic
tradit Papa, quum illud ipsum ab Apostolicis ad
nos vsque dimanarit, Sine fronte vociferantur:
Ecce in Papatu ea seruatür consuetudo, in Pa-
patu solet hoc atque illud celebrari, quum tale
in Ecclesia Catholica per omnes Christianorum
terras piè obseruari soleat, vt sensibilibiter palpa-
re queas, Ecclesiam Catholicam ab hæreticis in-
telligi, quando Pontificatum Ro. tentant con-
uellere. Imò lenitatis ac ciuilitatis cuiusdam est,
cūm Papatum dignantur dicere, & non Antichri-
stianismum seu diabolismum. Atque ita in publi-
cum summūque odium & maximè omnium
dedecus Ecclesiā Christi Catholicam vocarūt:
vt pote quæ Papatus sit, hoc est, res talis quæ neq;
à Deo, neq; ab hominibus, sed ab ipso Beelzebu-
bo habeat & ortum & incrementum. Hæc a-
liāque retegam pluribus, vbi audiero cōtradicē-
tem, qui, mirabor, si esse possit in tanta tamque
confessa rerum claritate.

Quid amplius adferunt, vnde mos ab vnitāte
solidissima, ad scissuras suas infirmas queant alli-

49.
*Episcopi no-
stri, priscis
simillimi.*

Nota.

50.

C

cere? Ostentant in primis Calicem. At is vnus est illam nostram significat, quam isti lamentabiliter disseuerunt. Calicem video, sed in Schismate, sed inter Cerdonum digitos, sed à consecratione legitima prorsus alienum, præterea in vtu alieniore, & ad confortandum ac angendū Schisma propositum. Canonicè porrectus in Liturgia calix à me profecto nunquam improbarus fuit, imò potius ad laboratum mihi, vt faciendæ concordia gratia laxaretur huius, si qua est, constitutio, quemadmodum ius etiam posituum Connubij. Nos hæc in cōscientias Superiorum nostrorum refundimus ac deriuamus, ranquam eorum qui de his olim rationem exactissimam reddituri sunt, verum ob hæc duo secta minime iustificata est, quātumuis hoc perizomate ignominiam cognominis contegere suevit. Assolet illa per hæc duo fauorabilia penetrare in præparatos auditorum animos, sed eodē hamo aureo captos, mox in sententiam suam omnem vertunt atque transformant. Norunt neque sacri poculi, neque calthori gratiā, hereseos quenquā notari posse, ideo versuti insidiatores, tuta hæc primo loco proponūt, vt indoctis & simplicibus facilius imponat. Alioquin poterat homo Catholicus etiam perstare in cōmunionem sanctorum, nec idem tamen abhorre ab iis rebus. Cuiusmodi illustrissimi Ecclesia patres nunquā improbarunt, quod quidem ad substantiam ipsam attinet, de his aliās.

51.

Iam amplificant, quantis è tenebris miseros mortales eduxerint. Equidē (vt fatear verissima)

neceſſe erat, vt Eccleſia dei nōnullis opinionibus ac corruptelis obſcurata, reniteſceret, adque id negocij conficiendi ſuſcitarat miſericordiſſ. Pater cœleſtis homines aliquot iam inde à ducentiſimo anno & amplius, per quos rubiginem leberis huius defricare cœpit. Tandem hac noſtra tempeſtate venēre quidā ſpiritu recto innouati viri, quorum eruditione Europa tota erudita eſt. Hi iudicarunt inter triticum & Lolium, inter vaſa honeſta & inhoneſta magnæ domus, inter veritatem & ſimulationem, breuiter inter diuina & humana. Hoc ſuum iudicium publicatis ſcriptis orbi terrarum ſtrenuè patefecerunt. Atque huic cognosci cœperūt plurimi Eccleſiæ morbi, ſed medicabiles. Eadē opera illi vtiliſſima quæque Chriſtianis edificandis docuerunt, reuocantes cūm Academijs, tūm Cathedras, ac ſaluberriſimum exercitium ſacræ ſcripturæ, adque primarum linguarum neceſſaria ſtudia. Talibus auſpicijs ilico caput demiſit, ficulnum lumen neſcio quod, & feliciter reſloruerūt cum Antiqua Theologia antiquæ literæ, maximo Chriſtianorū gaudio. Quo tempore potuerāt abſque ſeditioſis tumultibus multa quæ irrepſerant incōmoda amoueri, necnon reſtitui, quæ fuerant tot temporum diurnitate collapſa.

Sed iſtud verè diuinum beneficium nobis inuidēs draco paradisiacus, occasione exhibitū cœleſtis doni quosdam Aquilonares impulit, ad vltterius audendum. Nam illi ſtatim terminos Patrum trāſilierunt, dono dei recēs oblato ſuperbè

*Eccleſiam
dei corrupte-
lis obſcurata
reniteſcit.*

*ſz
Hæretici au-
tuntur
dono dei, ſco-
laſticam di-
ſciplinam
accipientes.*

ANTIDOTVS CONTRA

aburentes. Primùm docti isti ab aliis, sterile Matrologiam pariter ac Barbariem Scholasticam mordicus arripuerunt, insuper arguerunt permissa libertate flagitia quædam Ecclesiasticorum.

Quæ quidem æmulatio non mala erat, adeoque istud agentes laudem sibi vnde quaque confababant. Verum cum cœpissent irritati septa trāscedere, & mouere immobilia, luxuræque radices, incurrerunt reprehensionem indebitam veris Ecclesiæ filiis. Constiterant in mediocribus, ibinos quoque tenuerunt. Max. feruntur Enthusiastico quodam impetu ad extrema tentada, ibi postquam intellexi subesse pestem, maturè gradum reuocauit. Illi fortiter perrexerunt adificium dominicum indignis modis concutere, & ingens sanctumque hoc Navigium implacabiliter afflictare, vsque in hodiernum diem.

*Heretici
putantes pel-
lore tenebras
tenebras su-
btilis inue-
nerunt.*

Esto sanè, tenebras quasdam dispulerunt, & quidè crassas hasce, sed iudicio dominae veritatis subtiles inuexerunt, tenebras tenebris cōmutantes. Abusus expurgarunt plurimos, sed plures accumulabunt, si longiore tēpore secta stabit. Verum quod ad abusus attinet, licuerat mederi Ecclesiæ faucibus, & tamè manere in Ecclesia potius, quam abusu vitandorum gratià vinculum pacis discindere, atque exire ad excitandam sectam. Quotquot antehac rectiora monuerunt, intra Ecclesiæ fines perstiterunt, impium ac crudele rati, Matrem deferere propter vlcera Papæ. Audio reclamantes, se in Ecclesia mansisse, Romanistas exisse. O plura heteroclitica capita! Quando, & quo exierunt

Catholici? Quam sibi Sectā instituerūt? Si verò extra Ecclesiā Ecclesiastici hodie sunt, extra Ecclesiam quoque fuerūt sancti præcessores nostri, de quibus suprā abundè diximus. Nam in his adhuc sumus, quæ quasi per manus Abelis accepimus, Næ vos egregij estis Rhetoristæ, qui nunc patribus etiam Ecclesiā adimitis, quæadmodum paulo ante Euangelium. Mox iisdem redditis adempta, subitò rursus adimitis reddita.

Ais Catholicos exisse Ecclesia. A quibus rogo exierunt? A vobis ne illi? an verò vos ab illis? vtri fecerunt Schisma? vtri diuiserunt tunicam Christi? vtri excitatis vbique tumultibus ab Ecclesiastico consortio defecerunt? Hic iterum in isto imminèoque tibi sectæ defensor, vt vel neges Ecclesiam Christi ante Luciferum tuum Luterum fuisse, vel fuisse affirmes? Si nō fuit, cœpit primùm cum Lutero Christianismus, id quod cogitare etiam impijs, scelus sit. Si fuit, cogeris fateri eam ipsam fuisse, qua vos existis, & in qua Catholici adhuc obdurant. Hæc repetere vilius fuit, vt lectori plenius liqueat, quanta sit sectæ lubricitas, quàmque arundinea basis.

Multæ supersunt rationes, quibus auocari mundus debuit à sectis, quæ verò ad hanc reuocent, nullæ præter eos quas breuissimè diluimus. In doctrina schismatis, quæ Christi & Ecclesia propria sunt, libenter agnoscimus, atque excolamur: Subuètilia ista logia nos haudquaquam tenent. Et talibus tamen hanc calamitosam Ecclesiæ tempestatem accepta ferre cogimur: vn-

54
*Heretici
 diuidunt tu-
 nicam chris-
 ti.*

ANTIDOTVS CONTRA

déque fructus illi communis vitæ non optimi
 succreuerunt. Christi Ecclesiæque doctrina in-
 ter Christianos seditiones commouere non so-
 lita est: facit hoc hæresis ouilla pelle doctrinæ
 sanioris vestita. Etenim si examinandi fructus
 sunt, facile adparebit, sementem non esse gene-
 rosissimam, vnde isthæc seges. Catholicis a schis-
 mate mala vitia iure exprobrari non potest, si
 quidem Euāgelium, hoc est, bonum semen non
 habent. Sic enim de nobis schisma iudicat. Si
 ergo bonum semen non habent Catholici, quo-
 modo bonos ferēt fructus? Præterea sunt Athei,
 Catholici, & antichristiani, & idolomanitæ, &
 haud scio an vllum hominum genus in terris pe-
 ius. Tales autem mirum non est si viuant Ethni-
 cè, siquidem Ethnici sunt, nisi schisma-méritur.
 At tu pulchella virgo, Christo sola adducta spon-
 sa, in Euangelio sola nata, per Euangelium sola
 renata, Euangelio sola imbuta, fide sola donata,
 summatim Euangelium ipsum, quomodo tu in-
 quam poteris exculare conuersionem tuam,
 tam non Euangelicam, quàm tu verè es, non
 Euangelica. Catholici quondam nostra in Eccle-
 sia sanctissimis vitæ moribus effulserunt, Atque
 hodie miserè diuexati atque humiliati Catholi-
 ci, schismaticis probiores grauiorésq; sunt. Verū
 tu meretrix quo tempore fuisti sanctis moribus?
 Olim? Atqui nuper esse in rerum natura cæpisti,
 nihilominus, tamen vis videri & appellari Eccle-
 sia Catholica? Hodie? da demonstrandi vita no-
 stra bona quia interna est, demonstrari nequit.

O speciosiss. rimam? Atqui dictum est à domino: videant homines opera vestra bona, &c. & ab Apostolo, vt inculpabiles sitis &c. Habemus verbum inquis. Hoc sufficit nobis. Quale verbum? & cuius? & quando traditum? & vbi acceptum? & quo arbitro? qua virtute cooperante? Quibus sequentibus signis? sed de hoc superius dictum. Deinde vbi locorum legis, sufficere verbum dei auditū? Postremò soles secta vociferari ex Esaico testimonio, verbum non esse posse sine fructu. Quare fructum tui tam gloriôsè iactitati verbi demonstra. Fac tandem appareant bonæ arboris bona Poma. Fœcūdæ vitis amœni botri, Carpere liceat aliquid ex ficu foliosa.

Adeoque proba nobis fidem tuam solam dogmati tui illud pene caput est, atq; gemma gemmarum, scilicet, vbi fides est, ibi Opera sint oportet, Et rursus: necessariò comitantur opera fidem, sicut calor ignem. fides verò & ea quidem sola, hoc est, vnico vera in te tuisque sine dubio viuit & regnat. Igitur tota operasa factio tua sit necesse est. At quando assumptum falsum esse conuicitur, hoc est, præcipuum sectæ dogma, Et opera etiam vestra Schismatici non assem vnum valent, facillimè colligitur, quale Ecclesia Oecumenica de vobis iudium factura sit.

Hęcne factio nobis opera bona producat? aduersatrix operum bene operetur? & quæ insuper non erubescat docere, Hominem etiam Christianum destitui bene operandi libertate, sed omnes nos captiuos trahi fato quodam seu

C iij

56
Vbi vera fides est, ibi opera esse oportet.

In hereticis sola fides.

57

ANTIDOTVS CONTRA

ineuitabili necessitate, siue ad bonum, siue ad malum. Et etiamsi diuinitus concessa esset nobis rectè operandi libertas ac facultas, non obligari nos ad opera, quandoquidem Christus à nobis nihil præter fidem solam requirat, opera saluandis ne tantillum quidem prodesse. Addunt dogma his enumeratis *Euangelicoteron*, Nempe à Deo leges & iura non data esse, vt ea nos facere oporteat, sed & tantùm per ea ipsi nos cognoscamus. Quid? Non posse nos facere, etiam si velle adsit, Et vt maximè faciamus, esse tamen præceptorum obseruatione, peccatum coram deo. &c. Horreo totus, si quando absurdissima ista atque exitiosiss. sectæ decreta altius mihi repetenda sunt. Atqui illiusmodi tamen ipsi Euangeliū purū putūmq; appellitauit, ac miserrimos Catholicos Euangelio carere oportet, quod ad tantam doctrinæ dementiam noluit descendere.

A talibus stultissimus sis, quid expectes bonæ rei, nec tamen dissimulari debet, interdum rectè facere sectæ deditos. Sed hoc vnde? Num ex proposito schismatis? Num ex Euangelio suo? Nihil minus. Nam ipsa sectæ mēs abominatur verbum faciendi, Et reuocat Euāgelium ad solam fidem. Cetera sunt Pharisæismus & hypocrisis, vis nosse fontem recti? pudore humano coguntur multi istorum officium facere, & procurare honesta, ne habeant alij, ob quod Euangelicas taxent. Plurimi metu magistratus sibi à malo temperāt. Non pauci Christianè agunt, quia consueuerunt antiquitus, à Christianis parentibus edocti.

*Sequenda
patrum san-
ctorum do-
ctrina.*

Nec ferè est quicquam aut bonarum rerum aut consuetudinũ inter sectas, quod ab Ecclesia maiorũ nostrorũ non acceperint. Etenim vsque adedò bona est Ecclesia nostra, vt bonitas eius in aduersarios etiam exuberet, hæcque ipsa resistẽtes sequatur, impartiens sua quædam illis, nunc à se alienis, vt vel aliqua Christianismi specie niteant. Articulis computa, ecquæ Scisma faciat publicitus nostris in templis quæ vi occuparunt, & statim deprehenderis. Ecclesiasticum esse quicquid vsquam est ibi religiosum, graue, decẽs atque vtile, Accessoria illa ἡ ὑπερβολὴ siue subuentanea noua suaque sunt.

59.
Ecclesia
bonitas in
aduersarios
exuberat.

Quod reli-
giosũ est apud hereti-
cos, ab eccle-
sia accepe-
runt.

Nostris inquam illi contra nos vtuntur templis suis ærements, cathedris, aliisque utensilibus. Imò etiam sacris Bibliis, quorum ius ac possessio Ecclesiæ est, Præterea Sanctorum patrum liberis, sicubi Illium pro stabilimento dogmatis quæat decerpere. Verùm patres illi, Ecclesiæ sunt, non Sectæ. Cur ergo commitantur cum Ecclesia sua pugnaturi? Secta potius suis vtatur patribus, suaque nitatur autoritate, & sua à se cõuersa tantum Biblia reuoluar, suã duntaxat doceat inuenta, prætermisissis his, quæ ab Ecclesia subdolè mutuatur, Nec quid in publicis cõtib⁹ vel faciat vel faciendum curet, nisi quod liberaliter in noui testamenti libris expressum est. Postremò sibi propria phana extonat, sibi de suo condar census, vnde luxurientur Euangelistæ sibi exadificent domos, in quibus patres-familiãs iure sint, non occupent alienas, nempe expulsi cleri, de

60

suo denique sua gazophylacia repleant, & competies, quàm infirma, quàm egena, quàm leuicula ridicula, ac mox interitura omnia ipforum sint.

61

Romane ecclesia accepti christianissimi beneficium primum debent haereticis.

Schismatis omnino hic scopus, vt Romanam Ecclesiam (cui tamen primùm accepti Christianismi beneficium debent) ad nihilum redacta, ipsi Hierarchiam in vniuersum obtineant. Id quod cùm commoliuntur, nihil vndiquaque relinqui intentatum oportuit. An verò ex hac radice bona arbor, bonusque fructus renasci queat, ipsi Sectæ vexilliferi viderint. Id arant vnum, id metunt, id exercent (sic enim Demosthenes contra Aristogitonem) vt rebus Ecclesiasticis dominantur pro sui animi libidine, quanuis haud inscij, tale aut nunquam futurum, aut si ita, deo irato, accidat, non diu duraturum.

62

Testimonium euangelii secundum Luterum quale sit.

Initium Euangelij secundum Luterum per largissimam sanguinis effusionem in mundo apparuit. Centum milia cadaverum in natione nostra sesquimense factorum, testimonium olim de veritate præbebunt. Ingressu tali omnium funestissimo pariter ac turbulentissimo potuerat Germania sapere, ni mens læua fuisset. Accessit crudelissima direptio, atque immanis trucidatio, quam à studiosis renati Euangelij & exercitu conscientis per prædicatam libertatem exuto, patiebare Romule. Quæ sæuitia perquam Gothica, sic exhilarabat Euangelistas, vt postea cuperent conduplicari ludum istum tibi, maximè Archimagerrus quidam, qui classicum cecinit, vt

Senitia haereticorum perquam goth. ca.

ex Hungaria reuersus à cade Miles, rectà Lati-
tium inuaderet, Pontificem Cannabacea stola
decoraturus. Quod bonum opus quia factum
nondum est, operatur amodo spiritus, ne ali-
quando non fiat. Atque huc proficiunt complu-
res Euangelici libelli, & Hyperuangelica pi-
ctura, quibus Apostolis hoc anno totum cleri
ordinem sanctificauit. Is Colophon nisi fuisset
superaditus, poterat structura Abbi montanæ
Ecclesiæ non videri omnium absolutissima, di-
xeris Euangelicos, ac purè Christianos.

Qui fructus arboris Apostolicæ mirum ni
suauissimus est. Ex eiusdem radice egressa est 63
virga ferrea in principes Ecclesiasticos. Equi-
dem malum istuc bene sopitum est, subuereor
tamen ne recrudescat immane vulnus. Recor-
datio tanti ausus nunquam ab animis exuretur,
& ad posteritatis memoriam in dubium pertin-
get. Sed recensere fructus nouelli seminis, in a-
nimo non est. Etenim insigniter desipiam, si tot
multo præclarissima, ac infinitis partibus He-
roica, planèque cum actibus Apostolorum
comparanda gesta recenseri à quouis eloquente
posse arbitrer, nedum à me infantiss. seruu-
lo.

Vt taceam iudiciorū dissentionem esse maxi- 64
mam, dum alij pro bono fructu, alij pro pessimo
ducunt, & Euāgelici passim, multaq; cum liber-
rate & gloria designant. Aliis videtur Christianè
fieri, quoties Catholici Præsules ceterique ma-
gnates Ecclesiastici ordinis exturbantur ac pellun-

tur sedib. horū bonis corrasis ac cōuectatis, aliò enim alij autem iudicant talia nentiquam spiritum Christigeri, sed instructu ac impulsu mali dāmonis, hac via tentantis Catholicam Ecclesiam labefactare.

65 Alij cōtrā asseuerār, vtrique reipublice rectissime consuli, & esse geminū Euangeliū, quoties fugātur presbiteri, quoties terris eiiciunt vtriusq; sexus monastici homines, quoties ora clauduntur orthodoxis doctoribus, deoque gloriam canentibus. Clericis quoties desperati cerdones substituuntur, quoties terrore silescere plebem oportet, quoties à Dionisiis expurgantur templa & repositoria, quoties destruuntur altaria, destruntur imagines crucifixi, effodiuntur sepulchris effractis sanctorum corpora, quoties templares ornatus, vestēsque sacris vsibus comparatas conscindunt, diuidunt, mundo muliebri donant, Solem & Lunam scrinniis occolunt, possident, habēt, non aliter ac si suum esset peculium; quoties indignè prophanant maiorū nostorum cœmiteria, & irridēt memorias, curasque defunctorū penitus sustolunt, quoties Eucharistiā ereptā Sacra theca reiiciunt, quoties è Liturgicis calicibus in cōtumeliā Ecclesiæ inter ebria Symposia vinū hauriūr, Babylonij Baltasaris exēplo, quoties schemate illo piè apparato ad figurandam cōditionem orbis, patriarcharum peregrinationem, promulgationem legis Mosaicæ, & Messie saluatoris nostri aduentū atque passionē, isti in saturnalibus cum summo contēptu abutū-

tur, vt quæ res antea pietati seruiuit, nunc sæculo apta, scurrilitati nefariæ accommodetur, & eius generis multò plura. At alij negant isthæc iusto titulo factitari, iudicantes hæc & similia nõ ex Deo, Euangelio, lege scripta, lege naturali procedere, sed potius contra deum, Euāgelium, ius ciuile, ius Ecclesiasticum, ius naturæ, deniq; contra fas, æquum & bonum patari.

Nec se iudice Schisma iniquè facit, quoties leges Canonicas à se combustas, aspernetur, & ius Cæsareum recuset, quippe cuius sola lex Euāgelium, & iura illa contineant sanè multa, quæ displicent Euangelicis, pro sua libertate licentiæve facientibus & omittentibus omnia. Attamen si quid ibi sibi pulchrè commodat, nec fausto festæ pedi salebras iniicit, istud, mihi crede, prudentes homines non recusant.

Existimo suo item iudicio Apostolicè fieri, si quando in extremum Ecclesiasticæ sanctionis contemptum, nuptias, commestrationes, ludos theatricos, & lasciuas choreas, non sine Musicis, Lenociniis, in Sacra Quadragesima faciunt, inque aliis diebus publico ieiunio dicatis. Et quando nihil nisi nuptiantur, persepe à puella quatuordecim annorum vsque ad annum septuagenariam multiplicant nuptiationes, de dote, deque opib. prima, & sæpenumero sola quæstio. verum si ingrediar latrinam leuissimarum copulationum, perturbatorum graduum omnis generis, factorum diuortiorum, nouorum contractuum, &c. nõ sine contemptu publicæ honesta-

tis, preter institutum longissimus ero. O abusum sancti matrimonij!

68 Præterea non parum propheticè fieri cōfidūt, quoties ira calidi, & cæci odio famosos libellos, obscœnas chartas, venenatissimos rhythmos, eosque agminatim edunt, quibus nil nisi noua seditionis semina spargunt, ac animos tædio languescens iam, redaccendunt ad persequendum Ecclesiasticos, dictu mirum, quàm nuptientes isti moræ omnis, & quàm sitiētes sanguinis Catholicorum, horumque plenariæ possessionis, ad cades atque rapinas irruere & irrumperere anhelent.

69 Profecto ita illi sese compararunt, vt nullo planè rubore suffusi, audire æquamiter ab aliis possunt, quæ publicè domesticæque gesserūt talia cū Hieronymianis aut Martianis factis minimè permutaturi. Suspitari equidem ego non possum eos relationē virtutū, in quibus maximo-pere excellūt, ægrè ferre Neque enim has putassent exercēdas sibi, si cōmemorari grauitè ferre voluerūt in luce esse & laudatione hominū, quæ fecerunt egregia, tantū abest, vt illi succenteāt, qui ab obliuione Euangelicas res vindicandas existiment. Quod si has de se prædicari nolunt, quæ interriti tanta fiducia perfecerunt? An pudeat Euangelio satisfacisse? An pœniteat Helias & Danieles prophetorum actorum? Si pudet ac pœnitet, consentaneum est, suo etiam tandem iudicio peccasse se, non deliquisse tantū in Ecclesiam matrem, quàm subuertere conantes, se-

met eunt perditum. Quis det, vt istos talium facinorum, verè Apostaticorum, ad summum pūdeat ac pœniteat? Sed laudare debeo. Quis possim? Agant bene, & audient bene. C. Plinius in epistolis quadam scitè, posteaquam, inquit desimus facere laudanda, laudari etiam ineptum putamus.

Nisi vereretur autem, illos grauissimè offensum veritate, adderem nonnihil de fructu aliquo, qui vberimè inter schismaticos prouenit. Et est mirum insatiabilis ista vorago, atque aviditas rapiendarum animarum. Iam rapinam multis modis Sacrilegam, quando sermone ac arte promouere non licet, admouent manus, vique rem gerunt. Hinc iste Mahumeticus furor in dissidentes à se, Hinc crebræ minæ in vicinis, & edicta, Hinc simpliciter imperatus Lutherismus sub Euangelij imagine, & procurata visitatiuncula, & prætextu iustæ reformationis, Ecclesiæ in sectam subitanea mutatio. Posthæc noua facta sunt omnia.

Ei lupinæ auiditati, quæ animarum turba vndiquaque rapitur, debemus persecutionè, quam hoc tempore patiuntur Catholici, in medio schismaticorum regno. Quotusquisque Præsul aut Abbas non ni cōtinuò periculo versatur? Metu quotidiano anguntur clerici non ignari, deserendas esse Ecclesias, & migrandū sibi, simulatque sæua lutereis ingruerit. Sunt enim catholici populi, hæc tempestate nostra omni humano auxilio destituti. Nec tantulum est, quod in brachio carnis habeant confidere. Econtrà isti confæderatione

70

71

tuti, ac numero defensi, quid non audent?

72 Non desunt, qui confirmant nobis, se male in media Turchia catholicam religionē profiteri, & quæ huius sunt peragere, quàm in Lutereide: id quod maioribus nostris quondam visum fuisset incredibile ac monstrosum, adeoque nunquã in Christianismo futurum. Crucem catholicis Evangelici malunt imponere, quàm ipsi ferre, tametsi clamosi iactatores Euagelicæ crucis. Quis illi capillum vnum vellit? At quæ isti non mouent in catholicos? Adparet hodie facies antiquorum temporum, quibus itidem Catholici ab hereticis oppressi iniuriam musitarunt. Hi illos adeò oderunt nostro tempore, vt non satis existiment sibi quod illos in hac vita omni probrorum ac contumeliarum genere affligant, nisi eosdem etiam vita defunctos insectentur, extremè diabolificantes, & gehennæ adiudicantes tam principes quàm plebeios viros renuerunt auelli ab Ecclesia genitrice. Puto hos quoque suos fructus agnoscere ab Evangelicis.

73 Illa forsan pro leuibus plumis, ducent, ac nescio quibus minutiis, veluti cum suum Euangelium, vt arbitror, in Rom. Ecclesiæ dedecus, Aquam ritè consecratam è baptisterio refundunt, quippe Papisticè insufflatam & perunctam, cum hostias suas etiam testamentales, si desit cui obtrudant in Altari pro reiectancis relinquunt, cum sicut est residuum in calice suo, temerè profundunt quouis, nisi interueniens ædituus, tanquam prophanum sorberet, cum studiose auerso vultu in tem
plis

plis nostris, & recto capite obambulant, siquando religiofissimè subleuatur Eucharistia, ad gratiarum actionem populi de dominica passione excitandam, vidi qui sacramenti Ecclesiastici odio sub sanctam eleuationem caput antea apertum operirent, & honoris gratiâ rursus aperirent, cum exituri templo præterirent honestam matronam, dignior hîc quidem fœmina honore, quàm sacra Eucharistia. Næ isti veri Euangelici?

Heretici sacrosanctæ Eucharistiæ irreuerentes.

Cales certè dogma Euangelistarum suorum probè tenent quo dicitur, fatius esse decem perpetrare homicidia, & totidem virginum compressione notari, quàm vni interesse Missæ: Et misericordiæ Dei esse, quod ima terra non dehiscat omnibus festo paschatos, propter Synaxin à multitudine fidelium accipi solitam. Rursum docetur, credi debere, sacerdotem in Altari rem diuinam Papisticè (id est Catholicè) facientem, non hominem, sed corporalem diabolum esse. Ego credo, si quis presbiter apud illos veteri more sacrificare pararet, ipsum protinus sacrificiũ inter sacrificandum fore. Cætera quia vulgò notissima sunt, malim persequi.

74

Id genus sunt, quod oleo solent conspurcare aquam ac salem, Altaria etiam & sellas, Quod quid aliud est, quàm in morem pupæ nidum, in quo regeneratus sis, turpissimè defœdare? Insuper qui templorum parietes fidelia dealbantes, omnes semel picturas sanctarum rerum obliterant delént ve, nec vestigium prioris seculi su-

75
Cur heretici sanctorum picturas obliterant.

D

*Hæretici sa-
cro chrisma-
te calceos
pinxerunt.*

perfit. Inuenias, qui sacro chrismate calceos per-
unxerint, quiue negarint Christianorum vigi-
lias, affirmantes noctem à Deo dormitioni
creatam, Nostras congregationes ad eò vitant, vt
eas cum Iudæis videantur abominari. Sed heus,
an ego minora tantum attingo: Ne sis sollicitus,
maiora referuo suo tempore commemoranda,
vnum adiiciam, vix Mahumetista tã irreligiôsè
sauerint in Ecclesiasta pleraque, vt isti nostra-
tes fecerunt: atque hoc non vno aut altero an-
no, sed plus viginti: nec vna ciuitate aut duabus
tribusve, sed innumeris: nō vna regione, sed plu-
ribus. Nō Chiliadas animarū, sed multas Myria-
das tam diu lateque mactarunt, quam calamita-
tem ferreus sit qui non defleat.

76

Sed præcones, inquis, Euangelici in pretio ha-
bentur, nec mirum, quum quæ mundo carni que
placent, tradant ac tueantur, doctrinæ gloriatio
immensa quidem est. Sed antilogiis euidentissi-
mis hæc falsa cōuincitur, si aliæ deessent cribra-
tiones, Præcones, oro te, confer mihi in præsen-
tia cum Catholicis prædicatoribus. Hi nostri ho-
mines sunt, illi certè nō Angeli. Hi pueritiam at-
que adolescentiam in ludis literariis detriuerunt,
Illi quoq; ais, Sed quid de Cerdonibus? Hi quia
sacris se destinarant, nihil artis manuariæ didice-
runt, vnde victitare queant, Illi quoque ais, Sed
quid de Cerdonianis? Quid simile presbyter or-
dinatus, & prophanissimus Oenopola? Hi à pri-
ma ætate ingenium excoluerunt, literis affucti,

atque mentis acie, ut multum, conspicui, Ad hos quid tui sutores? qui si tantum Teutonicè queant vestra legere, ac egregiè futire in Rom. Ecclesiã, digni sunt. Nam pater tales quærit Prædicatores. Cæteri vestri propterea docti iudicantur, quia partiarij sunt. Fama ferre non potest, quia dicatur, in Ecclesia doctos esse, & in secta indoctos. Sed prosequamur Antithera.

Hi ritè ordinati sunt ab Episcopis, & Ecclesiasticis obsequiis vacarunt indefinenter, illi quoque ais. Cerdones ineptissimos omitto. Hi censulis contentis suis, intra fines officij sese continuerunt, illi posthac non sacerdotes, sed Euangelistæ, aduicti censibus opimis, quod volunt faciunt, utpote liberi, talisque quorum potestas Euangelica penetrat, etiam in consilia magistratus. De copioso prouentu quid attinet dicere? vnus illorū tantis annuatim locupletatur redditibus, quantis antea quatuor, per sæpe sex presbyteri, Et redditus hosce Catholicis ministris violenter ereptos, iure suo possident Euangelistæ.

Hi suggillantur Hypocriseos, illi quoque, nisi quòd horum pinguior erat, illorum est subtilissima hypocrisis. Hac relucebat interdum in ceremoniis, illa in moribus deprehenditur. Nil in ore præter Euangelium & verbū, interim perditissimi Plani, ac luxuriantissimi Iones sunt, itè quærule tot ditati censibus, & simulatores crucis eximii, nunc etiam captantes domus viduarum, &c. Hi concubinas vxorū loco alunt, hoc quidem

D ij

77

78

extra officium ac decorum. At hircis illi libidinosiores sunt, quod multorum adulteria, & stuprationes ancillarum declarant, nec non toties iterata nuptiarum, & nescio quae mollis est cerninaeque conuersatio.

79

Hi adnuntiant Euangelium, illi quoque, sed in gloriis discrepant. Hi enim patrizant, illi vero Lutherizant, ac vnius Apostoli & prauiudicia freti omnia ecclesiastica vilipendunt. Hi rem diuinam faciunt Catholicè, illi schismaticè, & alius alio modo. Nam ut nulla est inter ipsos sententiarum, ita nec missarum testamentalium harmonia. Hi canonicas horas obseruant, illi ludunt aleam, aut porant: Hi noctu surgunt ad confitendum domino, illi ea noctis vigilia dulcius stertunt: hi ieiunant statis temporibus, illi carnes saturi ructant: Hi vestiuntur, ut plurimum, clericos, illi laicos. Hi baiulant crucem, illi imponunt. Sed desinam comparare incomparabilia. Vtri verò nunc, te arbitro, meliores viri, ac antiquis Ecclesiae ministris similiores sunt? Mirum in Catholicos dixeris. Nisi quod turpissimus concubitus deformat omnia. Et calix illis applausum conciliat. Transeo facundiam dedamatorum, qua auditores quouis trahunt, verum facientes id, quod Isocrates de oratoribus ait: Isti enim res suas paruas facere maximas possunt, & à christiani orbis maxima omnia, ita solent extenuare, ut non paruissima solum, sed nulla etiam videri possint.

*Turpissimi
concubitus
deformat
omnia.*

80

Porro eos quos successus sectae mouet, meminisse velim, olim etiam schismata in aequè ma-

gna felicitate, longēque pluribus stetit annis, nihil fecius tamen, reuoluto cursu suo, in profundum cecidisse. Imō Mahumerani fœlicius agunt, atque id multis iam seculis, licet toti Antichristi. Pro certō illud habe, quod is, qui fermē trecentas ex Ecclesia scissuras perdidit, Ecclesiam seruauit, hodie etiam potens est Lutereida ē medio tollere. Qualis nunc memoria veterū schismaton apud nos, tandem apud posteros de hodierna diuisione futuram ne dubites.

Quin te potius mouent tot prognostica piissimorum hominum, de hac ipsa futura hæresi? Quod si parum fidas, satisfacere vel soli poterint tibi A. Torquatus & I. Liechtenbergius. An non illi veluti vno digito cōmonstrant Lutereida? Et mihi penē nostra memoria aduersus Ecclesiam ausi fuerunt schismatici, quod vates isti qualescunque, vnā cum Christianis Sybillis non palam prædixerint, venturam quidem eam Ecclesie afflictionem ob peccatorum nostrorum multitudinem vaticinabantur, fore tamen, si præcesserit reformatio, mali finem.

Iam tu mihi vide, non prudētis ac integri viri sit, peruersis Doctoribus quos ex ira dei, contra Ecclesiam purgandam & examinandam, immittit nōris, sese dedere: præsertim cum vaticinia pleaque de Ecclesia restituenda, Hæresi verò exterminanda mirabiliter consentiant? Secta virga furoris dei est, Ea si maiestas secundum dispensationem abundē vta fuerit, infelicitissimam in re-

81

82

Secta est furoris dei virga.

nebras exteriores abiiciet. Talem virgam, pro ipsa Ecclesia fatuus accipies. Temporarium quiddam tu ac inconsistens, pro perpetuo, reque omnium solidissima, videlicet ædificata supra petram, approbandum existimabis. Non solet Ecclesia Ecclesiam persequi. Per hæreses autem & Longobardorum gladios afflictari, ac probari consueuerunt Christiani Catholici.

Ecclesia non persequitur Ecclesiam.

83

Fac illud etiam tecum animo perpendas, quod schisma æui nostri, hæreses antiquas magnitudine mali superat. Quæris, quid ita? dicam ingenuè. Illi olim articulos suos quosdam simplici plebi inculcantes, pristinum Ecclesiæ statum æquè labefactandum sibi non putarunt. Marcion, Valentinus, Arius, Sabellius, Macedonius, horumque similes urgebant sua quædam dogmata, è scripturis perperam intellectis eruta, aut potius in scripturas instinctu serpentis in pacta: veruntamen cohibebant se, ne manus mitterent in Hierarchiam, inque Ecclesiæ autoritatem, ordinem & constitutionem. Aut mauis, vt Nouatum, Donatum, Pelagium &c. prottaham? Quid illi rerum in Ecclesia Catholica temerè mutarunt? Nisi quod vnum alterumque dogma, alius aliud euulgantes, semet absecuerunt ab vniuersali corpore.

Hæretici scripturas perperam intelligunt.

84

Hufus equidem Pragensis vehementer insti- rit de Calice promiscuè diuidendo. Carpsit Romanam Curiam, Pontificum vitia, Clerum re-

prehendit, At quæ nam peculiaria dogmata peperit Hufus ille? quas traditiones veterum, quas Ecclesiæ consuetudines, contra consensum christiani orbis sustulit? Hufus certè melior Patrifa, quàm Lurista fuit, Nam sanctissimi Ecclesiæ catholici Patres apud illum maioris erant prætij, quàm vt eis tanta temeritate ac insolentia mediū ostendisset digitum.

Nunc confert præterita cum præsentibus. & statim, quod admoneo, cognosces. Luterus anto-
 toclerus Apostolus præterquam quod novos atque inuifitatos, & eos sanè permultos articulos piæ cuiusdam doctrine in mundum inuexit, constitutam etiam Ecclesiam impiè perturbauit & contaminauit, frangens ac diminuens nihil non in omni Christianismo. Quid quæso reliquit integrum in septenario Sacramentorum? Quid in reliquo cultu Dei redemptoris? Quam Ecclesiæ *καθόλου* receptam doctrinam non exhibilauit? Quod ius huius, quam legem, quem morem, quod institutum, non explosit, irrisit, antiquauit? Quid immotum non luxauit? Quis vnquam ex Christianis infensor hostis Ecclesiastici status, atque tam iuratus Ecclesiæ aduersarius? Quis authoritatem matris fastuosius contempsit? Quis derisor tantus vnquam ceremoniarum extitit? Quis totius monastices subuersor tam violentus? Aut igitur Angelus sit necesse est, aut Angelus noctis. Si ille, quomodo dissentit ab vniuersali Christianismo? Si hic, quare te-

Luterus nihil reliquit integrum.

Luterus ecclesiæ iuratus aduersarius.

nebras mentitur lucem esse, & Euangelium facit ex Hæresi?

86

*Destruitur,
non corrigi-
tur ecclesia
per hæresim
Luteri.*

Nolens volens fateare oportet (neque enim negari potest, quod prohdolor plusquam verum esse, hæc dies arguit) per istam Hæresim Catholicam Ecclesiam destrui, non corrigi per Germaniam cœpisse. Non partem illa, sed totum arripit, totum proterit. Verùm diuino accidit iudicio, vt quæ totum impugnarit, audacissimè, à toto exclusa, pars facta sit.

87

Veteres sanctæ Ecclesiæ Præsules contra Hæresiarchas, suo quisque tempore, scripserunt, ob errores certos atque nominatim confutandos. Arrio, Sabellio & Macèdonio reclamabatur ob Trinitatem, Nouato pœnitentiæ gratiâ, Donato propter retinctoriam, Pelagio quòd humanis viribus nimium tribueret, gratiæ minimum, Nestorio quòd Theogenesis negaret, Monophysin doceret, hoc est, vnâ naturam in Christo, vbi Orthodoxi profitemur Diophysin. At scripturas contra Luterum, quid ioro potissimum tibi deliges in illo iugulandum? Nam hîc singularitas, vt ita dicam, sed pluralitas est dogmatû? Arrius appellabatur Trinitarius, Nouatus pœnitentionarius, Donatus retinctor, &c. Sed ecquo vno dogmate cognomen huic nostro inuenies? Imò quid inuenies sanum aut probum in Ecclesiastica re, quod ille suo vnus præiudicio fuis, non conuulserit?

88

Si quis in Ecclesiæ vnitare perseuerans, san-

timonia conuersationis studet secundum gratiam sibi collatam, is tanquam Hypocrita condemnatur, & atheos, Qui si suadente carne & mundo, Ecclesia deserta ad sectas transit, & ibi fit dissolutissimus, statim dicitur purè Christianus effectus. Tales Euāgelij Scammati vindices euoluunt quidem sacras literas, sed in his quæ sua sunt, hoc est luteralia atque ventralia. Quæritur & inuenitur, si quid permittitur quod facere libeat, & si quid licet, Non indagatur si quid præcipitur, si quid decet. Multi sperant authorem sectæ concilio generali sanandum: sed is ait, ad eò se contemnere concilium, ut si hoc statuat de sumèdo calice, ipse calice nolit, velle verò in contrariū concilij, non vtraque, sed vna specie vesci. Ad eò deploratus homo est, ut audeat optare, ut se mortuo aliquis exoriatur qui longè deterius agat, idque millies, quàm ipse egit contra Ecclesiam, quam Papatum vocat. Quale hoc sit hominis propositum, vel Acarnanius asinus intelligit. Sed fieri non potest, ut huius successor cacopraxes eiusmodi in tantum adaugeant, ut diceat, Lutero millies deterior. O septies perniciosum nundinatorem Tecellium! cuius os impudens tali exterminatori apro primam facem admouit.

Mirificè item conducet ad tuendam Catholicæ religionis integritatem, aduersus Vādalicam istam deuastationem, si memineris, quanta sit Sectæ leuitas, ac inconstantia, quanta etiam in-

ANTIDOTVS CONTRA

ter sese diuersitas & quantum iræ, rixæ, inuidiæ,
quodve secta Sectas, & hos tam pugnantem pe-
pererit. Initio stabat res tota in turbis imperiti-
fimorum hominum. Nunc ab armata manu pen-
der. Educto mucrone tuta secta, inermes con-
fectas de sublimi despicit. Nec illa princeps secta
durabit diutius, quàm uolet cataphractus Eques.

90

Vides qua mutabilitate iam doceant, iam de-
doceant sua, ut certus esse nemo possit, quid
progressu temporis tradituri sint excellentiores
Euangelistæ. Quid facias, si interueniente affe-
ctu aliquo, multa recantent, plurima suis è libris
rollunt, Biblia secùs interpretentur, Ecclesiæ re-
iectas traditiones restaurent, ablata restituant?
Quale tum erit, quod tu credidisti, tanquam
Euangelium, & fecisti tanquam Euangelium? Ad-
huc nonne intelligis ah demens, in ipsorum manu
esse, quid te credere, quid agere oporteat? Desci-
uisti ab unitate, ouile reliquisti, Hierarchiam ne-
gasti. Desereris igitur inter lupos rapaces, præda
futurus nulli non bestia. Aut quo te vertes? vbi
quiesces? vbi saluabere? Profecto nisi communi
etiam sensu sis orbatas, Ecclesiæ repudiata re-
cordaberis, dicèsque, age, reuertar ad matrem.
Quid pereò inter meretrices sectas, in quibus
neque salus, vita? Proinde mane vbi es, ne
aliquando cogaris summo cum periculo animæ
& publica ignominia eò redire, vbi es. Si qua dis-
plicent, vtere iudicio tuo, & cogita, vnumquem-
que cū ad tribunal è sepulchris excitabimur. Su-

*Derelictus
inter lupos
omni bestia
patet.*

spira reformat. onem rei Ecclesie, Politica & œconomica. Interim dū obsistit optimo negotio Satanas, ne consenti vllis aliorum vel erroribus, vel flagitiis. Ter defectus senescentis Ecclesie, ne culpa Ecclesiam, Et quod omnium tibi saluberrimum est, à te tuaque domo incipe reformationem, opinionem ac correctionem morum, vt vocatio, qua vocatus es ad hæreditatem vite promissam, firma tibi sit. Quotque cano- ni huic moré gerunt, pax Dei super eos.

Amen.

Finis Aphorismorum.

*Reformatio
à seipso ac
domo pro-
pria incipi-
enda.*